Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

iniquitatem. qui deuorant plebem
meam sicut escam panis. Quō dns
in generatione iusta est. consilium
inopis confudisti. quō dns spes eius ē.
O cum ñ inuocauerunt illic trepi
dauerunt timore. ubi non erat
timor. Nonne cognoscent omnes.
S'cta pars est hic. ubi minatur iudi
cium impiis; a. p̄dicta mala faciunt
& nec de his timent in futuro puni
ri. s; nne cognos. omis. q. o. iniquit.
Quō dns in generatione iusta ē; qui!
hoc cognoscent tunc. qd m̄ sicut no
luit. scil qd dns est in generatione.
.i. ñ inea que secm diligit. que me
occidit. dicit xpc. & quam iniquita
tem operantur interponit dicens. qui
deuorant plebem meam. ~~ut faciunt~~
~~illi. qui in ministerio suo utuntur~~
seducendo uel occidendo sicut escam
panis. ita ut sit eis sanctas decepticōe
xpianor. Vel deuorant plebem mea
ut faciunt illi. qui in ministerio
suo utunt ad capienda cōmoda ab
hominib. ñ ad salutem hominū. ut
ad glam dei. & hoc sicut escam panis
.i. cotidie. Sicut enim panis ē cot
idianus cibus. ita & illi cotidiana
rapina simplices xpianos absorbent.
Cur g faciunt hoc. quia D cum
ñ inuocauerit. Non enim dm uerc
inuocant. qui dō displicentia amat.
Inde g bene auget eor interit. qa
dm ñ inuocant. quia necesse ē ma
la agere. cū superbi deum noluit in
uocare. & quia dnm ñ inuocauerit.
idō trepidauerit timore illic ubi ñ
fuit timor. i. in dampno rerū tem
palium trepida. timuerit enim pdere
regnum temporale: ubi ñ erat ti
mendum. & ñ timuerunt celum p
dere ubi erat timor. & ñota quia
sicut cautela est oportunt timere.
ita ignauia ē inepte trepidare. ut
p gente & loco timore dei abiecto fece
runt iudei. Dixerunt enim. Si dimitti
mus eum sic. omnes credent in eū. & ue
nient romani & tollent nrm locū &
gentem. Sequitur. Consilium inopis. os
tensa sententia dampnationis cōmu
nis. Aduersus iudeos specialiter inuehi
tur dicens. consilium inopis confudisti.
q. d; Dns est in generatione iusta. sed
nos miseri iudei confudistis consilium
inopis. i. humilem aduentū xpi con
tempsistis. factum ido. ut quos uoca
bat. in dō solo spem ponerent. ñ in sēto
transeunt. & idō ipse aduentū dicit
consilium. Ecce inuectio in iudeos. q̄b;
obscure dicit. Consilium inopis. i. de
xpi confudistis. i. recipe noluistis. qui
ad uos liberandos uenerat. & est am
biguitas legendū. Vel consiliū inop.
cui libet qui ē membrū xpi. & hoc ido
fecistis. quō dns spes eius ē. Unde
g mai reuerend ēet. inde magis con
temptit. Quis dabit ex syon
salutare israel. cum auerterit dns
captiuitatem plebis suę. exultab
iacob. & letabitur israel. Quis da
bit ex syon. Tertia pars. Postremo con
uersio iudeor pdr. quę fiet cum ple
nitudo gentium intrauerit; quasi!
uos consilium xpi confudistis. s; qs
alius ex syon. i. ex iudeis procedens da
bit salutare israel. i. fideles saluabit. ñ
subaudis ille quem humilem spreuis
stis. Ipse enim in claritate uenturus est
ad iudicium; quasi! nullus ali salua
bit. s; iste in futuro saluabit. qua
cū dns xpc auerterit captiuitatē
plebis suę. i. cū dampnauit diabo
lum. qui pplm di captiuauit. Ex
ultabit iacob. & letabitur israel. Re
petitio est sicut frequenter solet fie
ri. Nam idem prio ē. Exultabit
iacob. qd est. letabitur israel. Et nota.
qd p iudeis etiā hoc testimonium ysa